

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Expensum Imperij Interesse circa defensionem Austriacarum Ditionum contra Turcas - Cod. Rastatt 8

[S.l.], [17. Jahrh., nach 1683]

[Text]

[urn:nbn:de:bsz:31-282560](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-282560)

Tam evidens Universorum Imperij Statuum utilitas,
 necessitas et ratio exigit, ut Nationes Austriacae parte
 sectae contra Ottomanos conserventur, ut mentis obtuso
 uel excocato sit, qui id non clarè perspicit. nam ubi
 Turca Statibus Austriacis occupatis, uel insigniter immi-
 nutis Imperij fines contingeret, Germania aut immanem
 Turcanum Tyrannidem, aut inopportunitate Gallorum
 iugum amplius euitare non posset. Horum enim
 Barbarorum uicinitatem necessario consequitur anno-
 difficultas, hominum fuga, regionis uastitas. Ita
 licet omni copia rerum abundans, et uastissimum, ut
 prope quod à mari Adriatico usq; ad montes Carpathios se
 extendit, Hungaria Regnum sit, quia tamen Turcis
 contterminum, eius redditus uix ad agenda presidia, et mo-
 nutenenda munimenta sufficiunt. Quare sicut Hun-
 garia sine Austriacorum, qui ponè omnem suam in
 eius defensionem substantiam impendunt, subsidio hosti

adeo potenter resistere non potest, ita perditis, vel
notabiliter imminutis Statibus Austriacis vel suo Imperium
imbecillitate succumbere, vel Gallus Imperij, ut sui Regis
defensionem suscipere deberet; Sed quomodo eam tam ardentem
susciperet nisi Imperium suam esset? Certè sicut res
Statibus Imperij non Gallus, quod contra Imperij libertatem
attentare sufficeret, ita, ut supponimus, mutatis, ad Im-
perium, quod ille solus, aut nemo alius ab impendente
Turcico servitute asserere posset, eueni, et ob quam
necessitatem nunc ab Hungaria Austriacus, ob eandem
ab Imperio Gallus dominus assumi deberet.

Sed inquit aliquis, quid inde? Austriacus an Gallus, vel
ambo Imperium teneant? non tam noua Regi Galliarum
dignitas, quam terti. Regis Maiestas Imperio honorifica
erit, et hoc mutatio liberam Imperij, quod ab Austriacis
parè ut hereditarium non iam ob uno saeculo possidetur,
Electionem confirmabit. Sed an tu salus Imperij

dignitate Gallum Imperatorem, aut Regem Roma-
 norum eligi posse existimas? Translato enim hoc ad
 Exteros honore, incluta nostra nationis, quae in infinitos
 prope, et plerisque exiguos principatus, et Respublicas di-
 stincta est, quo existimas, quod deus supererit? Pro-
 fertur si vera fateri volumus, reliquarum orbis gentium
 ludibrium erimus. An salua libertate? Regem ex-
 terum, etate florentem, Regni potentissimum, ac Ger-
 manis contemini dominatorem, atque adeo qui fauillime
 libertatem Imperij prosertim sub huius motibus oppri-
 mere, Imperio ditiores, quo olim pleno jure ad Im-
 perium spectabant, et à Vicarijs regebantur, qui occasione
 motuum intestinorum supremorum eorum à Caesaribus do-
 minium consequuti sunt, adeoque super Imperij diminutione
 et ruina suo fortuna fastidium construxerunt, re-
 sistere, et denique suo Regno Imperium, ac am-
 plissimum Caroli Magni dominium unire posses?

Hoc arte directè uel indirectè patrandi intestina
dissidia, quo uel sunt, uel ad libitum, ^{in Germania} excitari possunt,
opportunas occasiones, nomen, et Jura Caesareo pra-
textus abundè supeditarent, fulmina uero Imperialia
à tam ualida manu iacto facile efficerent, quo erim-
cautio et securitas sufficiens pro hoc offerri posset? Aliis
enim Gallici Status Principum est, ut propriam Regni
tranquillitatem conseruet, alienam Imperare, et
perturbare. Quare cum tantoperè Vniuersorum
Imperii Statum interit, ne Exteris praesertim Gallis
ad Imperium assumatur, consequitur, S. R. I. Electores,
Principes et Status ad Austriacas ditiones non modo con-
seruandas, sed etiam hoc periculum longius remouendum,
omnibus uiribus eniti debere, nimirum, ne in tam pericul-
oso electionis necessitate, imò si rem perituri intro-
spicere uolumus, in ipsam Turcicam tyrannidem prola-
bantur.

5

Nam esse Gallum Imperatorem uel Imperij collegam
esse, an tu propterea Turcos in suam Tartariam relega-
tos Asia et Europa exortatos, Hungariam et
Austriam liberatam, uel saltem Imperium saluum fore
existimas? proterim cum nobilissimarum et situ mu-
nissimarum prouinciarum accessibus Turco aucti forent!
nam quod Austriaci Hungariam, suasque ditones tam feli-
citer hactenus tutati sunt, non tam eorum prudentia et
potentia, quam prouinciarum fortissimo situ adseriben-
dum est. Nam tractus terrarum, quo inter Austriam
et Mare Adriaticum interiacent, continua montium in-
accessorum iuga sunt. Inferioris Austria et Hungaria
planiciem non nimis insignem, quam munitam rapido
Danubij uasitas, eiusdemque uarij et obliqui sinus efficiunt.
Sequitur Hungaria Superior, quo tota montana
est, et Transilvania, quo montibus editissimis in flar
Theatri circumsepitur. Et quis Turcos ex tam munitis

naturâ locis, si ea semel nobis adimant, ejiciat, impedi-
atq; quò minus hâc opportunitate freti pro liberta in Im-
perium exuorant, et ad ea, tanquam ad futa munimenta,
ubi opus se recipiant? Et si Austria proprias Ditiones
manuteneere non potuerant, quomodo alienas, quarum
remissio plurimâ cura est, Gallus conservabit? presentia
enim magis movent, magis incurunt animos et oculos, et
quod non publico securitatis, saltem proprio et privata salutis
ergo fit, belli enim flamma remotis fulget, proximos
urit. Et quid si auxilia parca, lenta, et parùm pro-
futura Galli suppedient? uel bellum hoc immare in Im-
perio arte producant, quò demum lassata, et enervata Ger-
mania totam arbitrio et discretioni Galli se committat,
submittatq;? Quid si solito morbo, nempe motibus intesti-
nis laboraret? nec enim sola uel Regum Minorum, et
qui ex consueta Regum familiaritate provenit, contemptus,
uel Religionum Diversitas, uel nimia Senatuum, ac Principum

auctoritas, sed iniqua et impetuosa Gallorum
 natura propria civium bellorum causa est origo
 exitus. Quid si alij Regum Gallorum, qui nec
 moderate nec prudenter, et quod consequens est, nec
 feliciter nec diu unquam exteris imperarunt, exultare
 sentiant?

Præterea quid si, ut fieri a solet, aliqui Imperij
 Status Turco Victoris et Potentioris fortunam et
 partes sequerentur? Quid si Turca civitatibus Libere
 liberam per suum Imperium commercium offerret, eaq̃
 ratione non minus quam Raguseos à reliquo Imperij
 et Christianitatis corpore auelleret? Quid si Prin-
 cipibus Protestantibus, quibus tantopere abundat
 Germania, Catholicorum saltem Ecclesiarum bona
 polliceretur, aut alias illos committeret? vel
 Catholicos contra Catholicos, Protestantes contra Pro-
 testantes incitaret, hoc illaq̃ plura offerentibus

offerret. Quam feliciter hoc stratagemam in Moldavia,
Valachia, et Transilvania successerit, notorium est.
Franciscus primus Galliarum Rex non modo Solymanum
contra Carolum excitavit, sed etiam sua arma et exer-
citus contra Christianos coniunxit. Idem à Joanne
Sepusienti, cui Regnum Hungariae tradidit, ad Viennam
obsidendam sollicitatus, ab eius uero Vidua euocatus,
Ferdinandus quidem exercitum Budam obsidentem pro-
fligavit, ipsam uero Budam ex Regno sollicitam in Tran-
silvaniam relegavit. à Joanne Transilvano exercitus
Sigethum occupavit. Angli imper ad exturbandos
Ormuzis Hispanos cum insigni rei Christianae detrimen-
to arma cum Persis lociarunt. ut alia deteriora
exempla, quae referre horret animus, praetercam,
et utinam sola praeterita suppetant! Et cur simi-
lia non fierent in Imperio, in quo cum tam varij status,
quorum aliqui principatus, aliqui Respublicae, Catho-

7

lici, alij, alij Protestantés, et hi partim Lutherani,
partim Calvinistæ. Univerſi uerò infinitis et uarijs
inuiem respectibus segregati sunt, quid mirum,
si eius concordia facile dissipari possit, cum mira-
culo panis sit, hanc discordiam aliquatenus concor-
diam fieri posse. Quid mirum, quando in corpore,
in quo multi heterogenei, et incompatibiles humores
existunt, morbo inualeſcente mira, uario, et
inexpectata Symptomata producantur? Certè nihil
tam insolitum, tam impium, tam truculentum est,
ad quod regnandi et gloria libido, turbida, rerumq;
nouarum auida mentes omni Diuini hominumq; lege
caliata concitari non possint. Quærens etiã ubi-
litas ita plerumq; mentes humanas occupat, ut ma-
ioram impendentium prouidentiam uel curam tollat.
Ceterim quo confusio, miseria, et calamitas in Impe-
rio foret, ubi Turca per circuli Austriaci ruinam

in Imperium irrumpere & patentissimam, ac omnium
rerum copiâ abundantissimam regionem belli inima,
nisi sedem fieri. continuis barbarorum excursionibus,
quas nec montium iuga, cum penè tota aperta sit, nec
Alumina, cum non procul à fonte ab sint, coercere
possint; Villas, oppida, et municipia, quae ubiq; ob-
uia, et innumera in Imperio sunt, in cineres redigi,
prata, aruaq; ferro flammâq; vastari, pudes ad lanis-
enam, et instar pudes homines in servitutem abigi,
neminem extra munimenta securum esse, tam opu-
lentas, et potentes Imperij Principes et Status ad in-
citas redigi, Imperij deus amitti, patria libertatem
sub dominio exterorum periclitari, morde durioris servi-
tutis metu languere, ipsam Imperij Status rationem
funditus conuelli, et, quod Deus auertat, Nationem
Imperij Dominam sub tributo fieri. Quare si Ger-
mania Religionem, Imperij dignitatem, Statum

87
Libertatem, viros, uxores, liberos, bona à iis,
rapinis, incendijs, et caedibus salva cupias,
vires omnes, omnem conatum, et industriam
pro conseruandis Austriae Regnis et vitionibus,
ut Vnico suo Antemurali impendere debet.

Ergo,

Cum mora damnosa est, nec Res dubitare
remitit,

Dum superest aliquid, cuncti coeamus
ad Arma.

Faint, illegible handwriting at the top of the page, possibly a header or title.

Handwritten text in the middle section, including a large, stylized signature or name.